



**Philippi Ecclesiæ Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eivsdem Ecclesiæ Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philip *<Eichstätt, Bischof>***

**Ingolstadii, 1617**

Lectori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](#)

## LECTORI.

**A**bès à me, amice Lector, Di-  
uos Eystettenses, opus nouum  
et antiquum; nouum, quā me-  
um; antiquum, quā Philippis  
Episcopi; quin nihil de S. Sola, et S. Deocharo,  
(Germanis Gottlieb) Vtrunque adiunxi-  
mus, ut et ob vicinitatem loci, eiusdemque  
spiritus communionem, S. Sebaldum No-  
rimbergensium patronum. Origines quoque  
Eystettenses explicuimus; ubi videre est,  
quām extenuibus orsis, hoc est, ex Benedicti-  
no Monasterio; tam ciuitas ipsa, quām nobis  
amplissimum Canonicorum collegium, et ipse  
amplissimus Episcopatus extiterint, quem  
Franciscus Irenicus Lutherani verbi praco-  
lib. 3 Germania Exegeseos vocat ditissimum  
et lib. 11. Omnia Episcopatu Bauarię lon-  
gè potentissimum; quem ait à S. Bonifacio  
institutum; et si alij institutionem S. VVilli-  
baldo

baldo tribuant. Sed utrumq; verum est cer-  
to quodam sensuynam S. Bonifacius instituit;  
q; a terras, quas ab Utileone Duce, & à Sunig-  
gero comite dono acceperat, pro condendo E-  
piscopatu liberaliter S. VVillibaldo tradidit,  
& ipse etiam S. VVillibaldus instituit, tum  
quia S. Bonifacij in instituendo adiutor fuit,  
tum quia primus Episcopatum istum admi-  
nistrauit, tum denique, quia eundem sancti-  
tate & doctrina stabiliuit ac propagauit, &  
eius, que nunc est, amplitudinis & opulen-  
tiae, fundamenta iecit. Nec ignorant Eystet-  
tenses, quid S. Bonifacio debeant. Quo circa  
quintum diem Iunij qui anniversaria me-  
morie S. Bonifacy dicatus est quotannis,  
vacatione ab omni opere seruili,  
festum habent. Vale.



PRÆ-